Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

34

cum leone filio suo Imperavit
annis xxiiij cepit Anno domini
dcc xliij
¶ Leo filius Constantini Impera
vit annis v cepit Anno domini
dcc lxxvj
¶ Constantinus filius leonis
cum matre hyrene imperavit
annis x cepit Anno domini dcc
lxxxj
¶ Huius tempore inventum fuit quoddam
sepulchrum in quo iacebat homo
auream laminam habens in
qua scriptum erat Cristus nascetur
ex virgine et credo in eum O
sol sub hyrene et Constantini
temporibus iterum me videbis hec
...

¶ Constantinus filius expulsa
matre Imperavit annis vj cepit
Anno domini dcc lxxxxj
¶ Hyrene sola capto et cecato filio
et filijs eius Imperavit annis iij

De Translacionibus

Post hanc Hyrene sine
papa Imperium usurpante
ne Romanorum Imperium more
regum Egipciorum presentatum videretur
in femina Romanum Imperium
translatum populo Romano
postulante a grecis in persona
Karoli magni filij Pippini et
sic deinceps Constantinopoli
non Romani sed Constantino
politani Imperatores fuerunt

quorum nomina infra ponam Igitur
Romanum Imperium prius fuit Rome
sub Imperatoribus l usque ad pri
mum Imperij Constantini maior
qui Constantinopolim edificavit
et duravit annis ccc liij a primo
Julio Cesare usque ad decimum annum
Imperij Constantini ¶ Deinde impera
tum est Constantinopoli sub Romanis
Imperatoribus et etiam Rome per
Imperatores xxvij a primo Constan
tino usque ad ultimum Tyberium
Constantinum per annos cc l...
Deinde greci a Mauricio Imperave
runt usque ad Karolum magnum
per annos c xiiij sub Imperatoribus
xx ¶ Postmodum apud Francos
fuit Romanum Imperium sub
Imperatoribus vij a primo Karolo
magno usque ad Karolum simplicem
per annos c et ij quo tempore
Guido Spoletinus Imperium
in Italia sibi assumpsit ¶ Deinde
Berengarius forojulien ei suc
cessit qui Ludovicum Regem
francorum filium Karoli simplicis
apud Veronam captum cecavit
et in carcerem posuit et sic franci
perdiderunt Imperium Lamberto
rege usque ad Ottonem primum
Theutunicorum possiderunt Romanum
Imperium ¶ Deinde Imperium fuerit
in Lombardia per annos c lxj
sub Imperatoribus novem a primo
Guidone usque ad ultimum Be
rengarium modo Romanum Im
perium a primo Ottone Theutu
nico cum iure de presenti per Imperatores